¶ Ad magnificum ac generosum dominuz domi
num Galeotuz de carreto ex Sauone marchio
nibus atqꝫ marchionalis aule. moderatori bene
merito: Augustini Ritij de astronomie aucto-
ribus epistola.



Cum superioribus diebꝰ (Galeote prestantissime) in germania apud elueti-os essez: atqꝫ tunc complures e basilea, ornatissima germanie superioris ciui-tate, lucernaz oppidū (vbi me gerendarum rerum necessitas pluribus diebus detinuit) venire contingeret: forte fortuna. accidit vt borum quispiam qui ad vrbem romaz proficisci proposuerat, vna mecum nocte hospitaretur: is mibi de basiliensium ciuitate multa memoriter adeo ac iocunde enarrabat, vt me desiderio eius vrbis visende preterq̃ dici potest accensum abiens, re-liquerit: quūqꝫ ex anni volumine iam a diebus pascalibus haud satis abessemus: quod tempus ad examen vite ante acte atqꝫ penitentiā q̃ rebus pa-gendis familiaribus aptius esse videtur: me ad basileam tum doctorum virorum tum aliarum que ciuitatibus ornamento sunt, rerum plenam contuli: vbi haud procul a rheni ripa (id enim mediam ci-uitatem flumen summum spectantibus oblectamē tum) preterfluit, ad illud cui aureus calix est appē

ſus hoſpiciuꝫ/loci amenitate allectus/ccceſſi:illic ſumpto prādio/multiſqꝫ vltro citroqꝫ cū his q vna illic aderāt hoſpitibꝰ ſermonibꝰ habitis:tūc quē piam ex diſcumbentibus(qui mihi preter ceteros rei litterarie ſciolus videbatur)ſciſcitatus ſum/an forte aliquos in ciuitate noſceret/phie ⁊ liberaliū artium ſtudioſos:adeoqꝫ mihi perſuaſum eſſe ea rum artium celebre ſtudiuꝫ illic haberi:Tunc ille ad me conuerſus/hoſpes inquit que de baſilienſi gimnaſio audiuiſti/ita re vera ſunt:eſt enīꝫ hic om nium artiū non vulgaris academia:quos vero que ris viros doctos:horum aliquos habeo mihi ad modū familiares/phie atqꝫ mathematice gnaros: quos ſi de re quapiam diſputantes audire cupis: eos me huc poſſe ad te ducere cōfido/policeorqꝫ ſi iubeas:cui ego nihil inquio mihi contingere hic poſſet gratius/qꝫ cum his eſſe ac coloqui qui plu/ rimum hiſce quas memoraſti artibus inuigilaue/ rit age itaqꝫ amice hos accerſe hucqꝫ ducito mecū ad cenam. ¶ At ille ſtatim homines cōueniāꝫ inquit abienſqꝫ haud multū moratus reuerſus eſt ſecum quattuor ex hiſce ducens qui mathematicis plurimum diſciplinis theologie vero mediocriter operam impendere:quos quum iaꝫ aduentare mi hi nunciaretur:obuiam illis alinquantulum hoſpi cium preterij qui vbi primum me conſpexere acur rentes ſinguli me non vti gali aſolent extenſis bra chijs amplectentes/necqꝫ exoſculati ſicuti italis eſt mulieres immitantibus conſuetudo/ſed dexte/ ram porrigentes perqꝫ humane ſalutarunt:quibꝰ

ego more germanico gratias egi/aprehensaqꝫ illi⁹
manu qui mihi a reliquis preponi videbatur cete
ris comitantibus eos introduxi:vtqꝫ sederent hor
tatus sum/ipsi vero me prius sedere iubentes vna
tandem omnes consedimus/tunc ipsi me plura de
italia tam de natura situqꝫ climatis ꝙ de hominuꝫ
moribus interrogantes/eo vsqꝫ sermo protractus
est vt iaꝫ nos cenandi hora comprimeret:tunc ap/
tata mēsa singuli manus lauimus/discumbētesqꝫ
allatas epulas degustare interqꝫ epulandum liba
re inuicem vt moris est germanorum ad cuiusqꝫ tñ
voluptatem incepimus:iterim cōtinuo quandoqꝫ
de anima non nunꝙ de deo deqꝫ celo differentes:
tandem sumptis dapibus/de astronomie auctori/
bus sermo incidit:tunc qui maior natu videbatur
indos hos fuisse ait alter vero egiptios tertius at/
lantem astrorum cursuum inuentorem adfirmabat
tunc quartus inquit ego nihil in hac re certum ha
beo quod preter cetera probem cupio tamen quid
illic hospes de ea re sentiat audire: Tunc omnes
dictum colaudantes in me conuersi inquiunt tibi
id negociū o hospes dandum esse censemus/vt no
bis quid de proposita questiōe magis probaueris
exponas:quibus ego quiuis inquio vestruꝫ in hac
questione atqꝫ in reliquis speculationis generib⁹
ad grauiorem sententiam ferendam potior me est/
ne tamen vestro desiderio non satisfactum iri velle
videar/que olim in patauina audierā academia re
feram huncqꝫ in modum exorsus.

¶ Astronomia inquio/o viri basiliēses/gentis he

Athlas
Moses
cecrops
pharao

Abraham
Nin9
semiramis

hec vigilijs, immo potius summa deorum liberalitate iudeis largita, primo adinuenta est: Athlas enim cuius prometheum fratrem fuisse aiunt, apud gentes omnium astrologorum antiquissimus, mosi hebreorum legislatori coetaneus fuit: cecrope enim argiuorum atque pharaone egiptiorum rem publicam moderantibus, mosem iudeis preponi scribitur: at cecropis temporibus claruisse athlantem omnis adfirmant: quem fabule manibus sustinere celum (poetis eius in siderum cursu peritiam admirantibus) fingunt: Hunc patriarcha Abraham quingentorum et quinque annorum interstitio antecedit: abraham enim nini asie regis etate ex patre Terah genitum: et semiramide in regno nino coniugi succedente, apud caldeos inter illustres habitum fuisse legitur: is cananea (quam oraculo deorum e caldea petierat urgente fame) relicta: profectus egiptum publice illic mathematicas artes egiptios docuit: cuius inde auditores siue hi qui id genus discipline imitabantur, quum pharao egiptijs preesset Josephusque extremum diem clausisset sese mosi ex diuina arte complura mirabilia facienti, pares esse contendebant: adeo ut quicquid moses ad liberandos hebreos tunc sub graui seruitutis iugo laborantes diuinitus operari niteretur: itidem et illi magica arte que absque astronomia nulla esse potest (una tantum pediculorum plaga excepta) efficerent: quorum penes pharaonem adeo usque auctoritas excreuit ut illis quam mosi credere mallet: Sed quum rerum ante Patriarcham Abraham et ninum regem

rũ gestarũ (ex Eusebij pamphilij testimonio) nulla certa scriptorum historia reliqua facta sit: suspicari forte quis vestrum posset: apud alias preter hebreos nationes. nonnullos Abrahaz antiquiores astronomos extitisse: quorum nos fama atqz memoria forte lateret. quoniam ante Abraham quecũqz facta sunt nemo nobis certus auctor scriptum reliquit: qui sic dubitauerit (o viri amantissimi) is de antiquitatibus primo. Josephum legat. qui iudeorum vetustatis scriptorum omnium studiosissimus: seth ade filium exqz eo gnatos astrorum scientie auctores. fuisse affirmat: quosqz duas columnas vnam ex lateribus alteramqz ex lapidibus extructas confinxisse ait: vt diluuio (quod eis Adaz diuino spiritu afflatus futurũ esse predixerat) mortalia vniuersa absumente: he saltem columne relique subsequentibus fierent. duas iõ cõficiẽtes: vt igni si eo elemẽto mortalia õlẽda fuisset lacteritia: Aquarũ vero inundationi lapidea obsisteret: His inquit colũnis astrorum scientia inscripta omnis erat: ne mortalibus pereuntibus tã dignum humanĩ generis decus vna interiret. At quã ex lapidibus extructam relinquerunt adhuc inquit in siria terra reperiri: Huius insuper rei amplius testimoniuz. ne tantum Josepho credideritis: ex hermete antiquissimo. & in astronomia graui sententia viro. sumendum duximus: qui in eius quem de imaginibus conscripserat libelli exordio: ait: sese que illic erat dicturus vniuersa. columnis comperisse inscripta. quas ante diluuium maiores. posterum sapientie

consulentes compofuere. Ne autem quis vestrum
hunc hermetem ex alijs q̄ iudeis gentibus ortum
fuisse, sibi persuadeat: Hec paucula adiciamus.
Legitur enim geneseos 25°. abrahā defuncta sara
complures ex pellicibus suscepisse gnatos: Quo,
rum in numero erat quispiā qui midan vocabatur,
Cuius filium legitur fuisse, quem henoch vocant:
Ubi deinceps scribitur, Abraham quecūq; possi,
debat, Ishac ex legiptima coniuge nato, bona reli
quisse: Concubinarum vero filijs, munera quedam
largitum fuisse, eosq; in orientalium regionem trā,
smisisse. Judeorum autem prisci interpretes in tal,
muth atq; rabi solomon, hunc locum exponentes
inquiunt ea munera nil aliud fuisse q̄ scem scel tu,
ma: que verba apud nos sonant nomen immundi,
tie: quo ipsi magicas artes, quibus astronomia cō,
prehenditur, et precipue ea facultas que de imagi,
nibus tractat, intelligi volunt: Hermes itaq; astro
nomus atq; magus apud iudeos Henoch vocari
consueuit, cuius rei Abraham auenezra testis est.
Is itaq; hermes quoniam, vti ipsemet attestatur,
post diluuiū claruerit, haud ambigendum est, ipsum
fuisse qui ex mida abrahe filio, nomine Henoch na
tus esse legit: Qui enim id nominis habuerit post
diluuium nemo ante hunc erat. Huius rei nobis
certiorem fidem affert, qđ apud diodorum siculum
de antiquorum gestis fabulosis libro primo legi,
mus: Is enim mercurium (Qui ex verborum qua
apud suos clarus habebatur, interpretatione, her,
mes dici solebat) osiris siue (qđ idem est) serapis

temporibus primum astrorum decursus obseruasse attestatur: Isimque binachi gnatam osiridique nuptam, eius cõsilio inter amicos vsam fuisse dicens: osirim autem, quum Isbac abrabe filius etatis sue octuagesimũ annum ageret, apud egiptios dijs ad numeratum fuisse affirmat Eusebius: Quo tempore Jacob ipsius Isbac gnatus abrabeque nepos viginti annorum fuisse legitur: Eisdem quippe temporibus Henoch alter abrabe nepos extitisse apparet. Quum autem vestrum quépiam caldeos, eius sciẽtie esse auctores, adfirmasse audierim: cui forte illud Josephi verbum primo antiquitatũ adstipulari videretur, quum e caldea in egiptum et inde ad grecos vsque mathematicas artes translatas fuisse dicat: Hunc et si errare minime dicimus: scire tamen vos o viri germani volumus: hebreorum atque caldeorum nomina in idem rei significatum incidere: Nec nobis, hebreos primos huiusce scientie fuisse auctores, cõtendentibus, cum eo qui hos caldeos extitisse dicat vlla certaminis occasio esse videtur qd vt palam vobis videatur: Hec paucula in medium aducamus: que a vobis arrectis auribus audiri cupio: Judeos itaque rerum euentu diuersarum diuersa sortitos nomina fuisse, memorie traditum est: Ab heber enim filio scelab, qui.77.annis diluuio posterior esse penes iudeorum computum legitur geneseos.11°.qui post eum fuit populus hebreum nomen accepit: A Jacob autẽ cui posteaquam cum angelo luctatus fuisset Israel nomen impositum fuit: israel qui prius hebreus vocabatur popu

Iudei

lus nominari solebat. Saule vero primo iudeorum rege mortuo, cui quum dauid (qui ex iude nobilissima tribu genus duxit) in regno sufficeretur ab ea quasi a nobiliori tribu denominatus iudeus populus dictus est.

Caldei

¶ Primo autem et anteq̃ ab heber nomen acceperint hebrei ex caldea terra denominati caldei vocabantur: Abraham enim ex cómorantibus illic parentibus et in eadem natum fuisse terra constat. Cuius rei testimonium est illud quod iudith quinto ducem filiorum amon (cui achior nomen fuit) holoferno de iudeis hec verba dixisse legimus. s. populus iste ex progenie caldeorum est: Sic itaq; vobis (o amici basilienses) iudeos primos huius scientie auctores extitisse, satis elucescere arbitramur, silentio pretereuntes, quantum in veteri testamento de temporum in annos, menses, dies, quantaq; in talmud iudeorum glosa profundissima circa astronomiam luneq; cursum, seorsum nobis scripta reliquerunt. ¶ Hanc igitur, viri amantissimi, summo studio prosequi scientiam debere videmur: cum nõ tantum subiecti nobilitas certitudoq; demonstrationis, quibus apud philosophum primo de anima et metaphisice. 11°. altera alteri scientia prestat, sed etiam cunctis mortalibus veneranda antiquitas hanc supra ceteras extollit in altum: Preter enim hanc nulla scientiarum reperta est, que ex tam vetustis, et quorum hodie scripta leguntur, auctoribus habita sit: Extant enim hermetis complura scripta cuius antiquitas tam grecos q̃ latinos scriptores

perterruit. Hec quum dixissem (Jam enim in multam noctem oratio pducta fuit) finem dicendi feci, illicq; approbata oratióe singuli domû abiere. vale. 

❡ Que completa impressione errata inuenta sunt.

In a.car. 5. colûna prima extinctuz. lege extinctum 8ª colû. 2ª altera vera. lege vero.

In b.car. 3ª colû. prima in simplissimo lege simplicissimo 4ª colû. prima annihilatio lege annihilationem.

In c. car. 2ª colû. pma i margine co. 29. lege caº. 29. colû. 2ª in margine. c. 45. lege co. 45. ibidez pau lonte lege pauloante.

In c. 3ª colû. 2ª przelanetaz. lege planetarû.
6ª colû. prima octaginta. lege octuaginta.
ibidem in fine colû. retrocedi. lege retrocedere.
8ª colû. prima iuffit. lege iussit.
colû. 2ª libere. lege libre. quod lege q. in fine eiusdem colû. vele autem ꝛc. ade. tam vasti cor.

In d. car. pma. colû. pma qd lege q. itez quod lege q colû. 2ª discribat lege describat 3ª colû. 2ª 5. m̄. lege 50. m̄. motus lege motû. g̃. vnus. lege vnius
4ª colû. prima alphonso. lege alphonsi.
5ª colû. prima circû. lege circa. potuerût. lege potuerint 5ª colû. 2ª 33. m̄. lege. 38. m̄. 7ª. colû. pma 13. g̃. lege. 15. g̃. precise lege fere.

In d. car. 8ª colû. prima quod. lege q colû. 2ª est. lege sit: Ptolo. lege Ptole.

In e.car.prima colū.prima arsatlim.lege arsatilim 2ª colū.pma multo.n.est minor.nō lege est.quātitatem.lege quātitate.3ª colū.2ª.Pto.est.lege est Pto.vertate lege veritate 6ª colū.prima concludēdum.lege ꝙ concludendum erit.
In f.3ª colū.prima persona ⁊.lege personarū.quādoqꝫ.lege quūqꝫ. colū.2ª.misibile.lege visibile. 7ª colū.2ª occidi.lege occidere.

¶ Impressum in oppido Tridini dominij Illustrissimi ⁊ inuictissimi dn̄i dn̄i Gullielmi Marchionis Montisferrati in edibus domini Joannis de ferrarijs:al's de Jolitis Anno natiuitatis dn̄i nr̄i Jesu xp̄i.Mccccc.xiij.die.x.septembris.